Andreas Crosselius

Pro Magnifico et Nobilissimo

Dno ordinavi sequentia

Cras die lunae 3 Junij quoniam novilunium est, sumat aeger pulverem primum praeparantem litera A in iusculo calido sine pane, jejunando 4 horis, sed absq custodia.

Die 4 Junij sumat eodem modo pulverem praeparantem B.

Die 5 Junij sumat potiunculam laxativam C. cum custodia et jejunio quatuor horarum.

Die 6 Junij secet venam brachij medianam

Die 7. ordiatur pulveres sanguinem mundificantes de 40 illis dosibus, in haustu vini unum sumendo mane hora 6 vel 7 absq custodiâ, cum jejunio 4 horarum

Secundum Pulverem horâ pomeridianâ quartâ sumat, jejunando 3 horis ad coenam, absq custodiâ tamen.

Ita insumat 20 diebus, 40 hos pulveres

In quovis prandio et coena semper in unum caliculum vini infundat cochlear dimidium de illo spiritu mundificante sanguinem, ut et in caliculum cerevisiae similiter faciat, reliquum de vino vel cerevisia bibat ita, quotiescunq sitis intra vel extra mensam requirit, simpliciter absq admixtione spiritus. Bene omnia cedant

apprecatur

Magnifici Dni Dni

observantissimus semper

Andreas Crosselius.

76

77

Magnifico Sig.re
Sig.re mio
Osservandissimo